


tt



Carmina

1607.

PRO FELICI MATRIMONIO

Reverendi & Doctissimi Viri,

D N.

IEREMIÆ BOHEMI
LAVBANI,

Ecclesie Marchliffensis

Diaconi fidiſſimi,

SPONSI:

ET

Honestiſſima ac Pudiciſſime Virginis

SARÆ,

*Reverendi, pietate, & doctrinae ſalutaris
eruditione preſtantis Viri,*

D N.

BARTHOLOMÆI KNOBLOCHI

paſtoris eiſdem Eccleſie vigilantiff. Filia,

SPONSÆ,

Nuptias celebrantium Marchliſſæ

XX. d. IXbris,

20/9

Scripta ab amicis.

Gorlicy exſcribebat Johannes Rhamba,

Anno 1607.



171

61144

tt



REVERENDO DOMINO
IEREMIÆ BOHEMO,
Diacono Ecclesia Marchliffensis
fidelissimo & literatissimo,
S. D.

BIs quater aetherio Titan lustravit Olympo
Nunc Phaëtonteis maximus astra rotis.
Cum pater eloquio divino clarus, ad almam
Me duce te BRESLAE mitteret usq; scholam.
Illic ut doctas quas LAVBAE nosse Camanas
Cepisti, major cernere cura foret.
Post ubi LEUCORIDVM placuit cognoscere Musas
Ipsoq; Ascrao fonte levare sitim.
Id quoq; me comitante peractū est; quippe favorem
Sic accepisti Praesulis ingenui.
Praesulis illius SALOMONIS in axe beati
GESNERI, frater qui mihi solus erat.
Hic tibi doctisona pietatis semina largē
Ex locuplete penu voce notanda dedit.
Sancta, inquam, pietatis fundamenta, sonoro
Et sancto Zelo dixit & edocuit.

Illa nec incassum; dicat vel proxima *L I S S A*
 An non hac eadem tu quoq; nunc doceas.
 Idq; adeo recta perpendit mente Sacerdos
KNOBLOCHVS veteris vir pietatis amans.
 Ut nuper Cathedram, nec non tibi crederet *Aram*.
 O amor! O magnum pignus, & officium!
 Nunc etiam generum dici vult; ipse vicissim
 Esse tuus socer; & vult tuus esse pater.
 O bona nomina! quæ vinclo connexa perenni
 Significant socio pectora bina thoro.
 Hunc igitur gratis ulnis complectere Sponse
I E R E M I A, & non sit carior usq; tibi.
 En *S A R A M* gnatam, teneram castamq; puellam
 In sociam vitæ mittit & in thalami.
 Idq; hodie præstat magnâ præsentem coronâ
 Gaudentiam, & clarâ voce sonantium, io.
 Ergo jam comitis memores dignissime Sponse,
 Et gaudere potes nunc quoq; non sine me.
 Quare exultemus jam gaudentesq; hodierna
 Tam sacra festa simul celebremus; io.
 Gaudia *M A R T I N I* sint nobis; adsit & anser
 Pinguior, & Bacchus non malus adsit; io.
 Natalem meritò recolis *M A R T I N E B O H E M E*.
 Filius ecce tuus gaudia fecit, io.

Tu

Tu quoq; nobiscum exulta pie *B A R T H O L E, S A R A*
 Filia namq; tua, hac gaudia fecit, io.
 Omnes latemur; precibusq; optemus ab alto
 Supplicibus cælo, gaudia multa thoro.
 Vivant concordēs, quos nunc Concordia summa
 Quæ cælo & terrâ est, junxit amore pio.

Ieremias Gesnerus D.
 & Reip. Laubanæ Phy-
 sicus Ord.

Sponsa supplex ad aram.

Antiquis Sponsam Sponso conjungere ad aram
 Moris erat, supplex ceu foret illa viro.
 Ara poli summo Reçtori fœdera sacra
 Legitimi curæ denotat esse tori.
 Nam velut est aræ præsens, sic numine dio
 Ipse piis thalamis semper adesse solet.
 Sed cur Sponsa suo supplex fit quælo marito?
 Ut nempe auxilium præsidiumq; petat.
 Debile vas etenim sexus facilisq; ruina est
 Fœmineus, veluti pagina sacra docet.
 Sensibus hæc imis, doctissime Sponse, reponas,
 Atq; Vigil memori talia mente putes.
 Et cum thuricremas leie jam sistat ad aras
S A R A puellaris flosq; nitorq; chori:
 Porrigat atq; manus, ac supplice voce requirât
 Usq; patrocini jura fidemq; tui:
 Eja age protege eam, defende, fove atq; tuere:
 Præsidioq; arce vimq; metumq; tuo.

A 3

Ac

Ac statuas vestro praesenti numine adesse
Aeternum thalamo, qui regit astra, DEUM.
Hunc precor ex animo leros vos servet in annos:
Et grato pulchrae prolis honore bect.

Georgius Sartorius Gorl.
Ludi Laubanensis moderator.

In Amores Conjugales

DN. IEREMIAE BOHEMI.

MOesti pectoris, ò BOHEME, metra
Poscis? maesta decent, & addecent me
Priva ac Publica fata conquerebantem.
Bellam laudibus eveham puellam,
Quae ducenda tibi in torum jugalem?
Quum sit primigena, unica, & tenella
Mi nuper tota adempta virginella.
Qui commune malum videre possit;
Ac ridere: vel hoc nihil moveri!
AEvi ferrei erit fera, atq. ferrum.
Est fraudi Pietas, Fides pudori,
Noxa est integritas, Amor doloris
Et quas praeterea suis tabellis
Publicas tot abominationes
Notas publicus ille RECTOR Orbis.
Quare parce mihi, BOHEME, parce
Non sum quo querit ante, tu choréas
Ducas: addo iamen salubre votum:
Sponsa vive tua, & tibi ipsa vivas
Gigantis sobolem haud inelegantem,
Nec rapi ante diem fleatis illam:
Sic vitam bene transeat is ambo;
Saeculi loca ferrei exeat is

Vita

Vita huius saturi. Sed esse questus
Te credo saturum satis? pete ergo
Lati pectoris, ò BOHEME, metra.

MEL. HAVSIVS P. CAES.
Laubani exordia.

Paraphrasis Psalmi CXXVIII.

Filia Pastoris reverendi Sponsa marito
Pastoris nato virgo pudica datur.
Ergo dicamus bona verba, & grata sonemus
Carmina, quae David Rex prior ipse canit.
Felix ille vir est, & terq; quaterq; beatus:
Illius & nomen secula euncta manet.
Qui DOMINUM vero colit observatq; timore;
Ambulat & vivit, ceu sacra iussa volunt.
Ipse tibi proprio victum sudore parabis:
Sic bene erit tibi: sic commoda multa fluent.
Fructiferae vitis circum aedes optima conjux
Instar erit, lecti pignora grata ferens,
Iucundos natos plantaria sic-ut olivæ,
Cingentes mensam, svavia dona, tuam.
Sic, ecce, à DOMINO benedicatur ille maritus,
Qui - casto DOMINUM cunq; timore colit.
Ipse IEHOVA tibi benedicet trinus & unus,
E Sione DEUS: qui fuit, est, & erit:
Ut videas Solymæ florentis fata secunda,
Dum teneros artus Spiritus intus aget;
Naturam & natos, & quæ nascentur ab illis;
Isacidum pacem stirpis in orbe pia.
Hæc olim cecinit divino numine plenus
Iessæus Vates, quæ repetita modò.
Ergo si cupitis felicia ducere vitæ
Tempora, sit curæ ritè timere DEUM.

Conjugio

Conjugio vestro benedicet CHRISTVS IESVS:
Id-que ut perficias, te, pie CHRISTE, precor,

Paulus Frisius Laubanus
Diaconus faciebat.

Votum

MARTINI BOHEMI
junioris Fratris

Sponsi,

O Mundi Reſtor DEVS es qui trinus & unus
Ad te fundo preces non dubitante fide.
Sis Pater alme precor Sponſo Sponſæq; benignus
Et Sponſum & Sponſam, cœlice Sponſe, bea.
Spiritus ô Sponſum & Sponſam demisſus ab æthra
Cœleſti illuſtra luminis igne tui.
Fac ſint devoti, læti, ſine lite quieti
Turbet ut illorum nulla querela torum.

FINIS.



Sacrum Conjugale *Conjugium* 1616.

M. MARTINI
MOLLERI,

MARTINI Theologi & Primarii
in Ecclesia Gorlic. Ministri meritissimi
p. m. F. Docentium in augusto Gorl. Gymna-
sio Collegæ, SPONSI,

&
Lectiss. Castissimæq; Virginis

SOPHIÆ,

Præstantiss. Dn.

VALENTINI RITTERI Junioris Civis
apud Gorlicens. primarii relictæ Filix
SPONSÆ,

Add. 4. Jul. An. O. R. 1616. celebratum,

ac

*Votivis amicorum συγχαρόντων gra-
tulationibus exornatum.*

Johannes Rhamba eXCVDebat.



6
42.

uu

444120